

Ratherii episcopi Veronensis opera, curantibus
Petio et Hieronymo fratibus Balleriniis, Veronee, Moroni, 1765.

593

SERMO II. DE QUADRAGESIMA.

594

que spiritibus; occasionem nos amplius deridendi præstems. Sed rationabiliter in simplicitate cordis Domino servientes, curemus primus ne bona nostra falsa sint. Curemus, ne nulla, de hinc ne pauca, post ne inordinata¹, illiusque numquam obliiti consilii, quod datum, instruendo licet, cuidam legimus ita: Peccasti, quiesce. Nostrorum cujusdam perlepidam ei concintement recolamus pariter istiusmodi sententiam: Noli esse malorum factor, & eris occisor, utique malorum factorum; illiusque non immemores: Fili, inquit, ne adicias peccatum super peccatum, dicens: Misericordia Dei magna est; & quod sequitur cogitantes non adeo despiciamus, ut precibus ad placandum illum compositis, & tam pravis ut usque nunc jeuniis, orationibus, elemosynis, & rationi contrariis vigiliis, nos eum, qui invisibilis omnibus penetrat suo universa intuitu, deludere posse credamus. Sed si volumus ei placere, sicut præcepit, studeamus illi servire, ut peccatorum remissionem accipere, & gratiam ipsius mereamur recuperare ipsius solummodo pietate, quam perdidimus arbitrii nostri merito libertate.

30

21

Anth. opo-
m. in hit-
rum heresi-
renata.

Pf. 33. 16.
Tob 10.8.
Gen. 1. 26.

*subaudi-
legantur.

Pf. 31. 7.
Habac. 2. 11.
ex LXX.

32

29 Finem sane loquendi²⁰ cum hic nobis putavissimus occurre, occurrit & contrario non silere valenti omnimodis ratio.²¹ Heresim namque ex antiquis quedam hic apud nos, cum exulta ubique crederetur, consopita potius appearit, quam mutuato a græcitate vocabulo Anthropomorphitarum etiam latinitas appellare consuevit. Nudius enim tertius quidam nostratum retulit nobis presbyteros Vicentinae diecessis, nostros utique vicinos, putare corporeum Deum esse; hac siquidem occasione inductos, quod in Scripturis legatur: Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum; &, Manus tua fecerunt me; &c, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; i cum utique haec similitudo, vel dissimilitudo, non ad corpus, sed ad solam pertineat animam, quæ est utique spiritus, quamquam circumscriptus & comprehensibilis spiritus; & hujuscemodi in Scripturis alia²², non intelligentes stultissimi, quod tam inexcogitabilis, tam inscrutabilis, tam ineffabilis, tam incomprehensibilis est Deus, ut nihil proprium effari de eo humanæ loquutionis valeat usus.

30 Quis enim audeat solummodo cogitare (ut hoc unum proferamus de multis) quod per naturam Christus fuerit vermis, aut scarabeus? P Et tamen per quamdam similitudinem ipse defecit, quamvis figuraliter loquens, veraciter dicit: Ego autem sum vermis, & non homo; & per Prophetam: Scarabeus de ligno clamabit. Quod cum nos non modice²³ permovisset, proh nefas! nobis commisso gregi eamdem adeo compemus perfidiam inhæsse, ut facto de periculo in populo sermone, & spiritum esse Deum, incor-

A poreum, invisibilem, intratcabilem, & inestimabilem, Scripturarum testimonis approbat, quidam, heu dolor! nostrorum murmurando dicentes etiam sacerdotum: Quid modo facies? Usque nunc aliquid visum est nobis de Deo scire; modo videtur nobis quod nihil omnino sit Deus, si caput non habet, oculos non habet, aures non habet, manus non habet, pedes non habet. Ad quod uni eorum istud probemus responsum: Stolidissime ergone anima B tua, vel mea nil tibi esse videtur pro eo quod eam videre non vales? Quale vero caput habet anima tua, quas manus, quos pedes, quæ alia membra? Monstra mihi saltem si vales colorem ejus; si non vales, ego ejus tibi demonstro valentiam. Statue mihi hic duo corpora, unum cum anima, aliud sine anima. Quod ex illis duobus videbit, audier, loquetur, ambulabis illud quod est cum anima, an illud in quo non est anima? Non dubium, quia illud quod habet animam, respondebis. Ego e contra: Quare non illud quod animam non habet, nimirum quia deest illi ipsa vis, ipsa potestas, ipsum inestimabilius melius atque validius, quod illud regebat, ut aliquid faceret, sine quo nihil omnino facere poterat: nihil enim esse visibilium, quod non ab invisibili regatur, ratio docet.

31 Ecce invisibilis anima quam potentior sit, quam visibile corpus. De ipsa vita animæ quid tibi videtur? Nonne ipsa invisibilior multum, quam ipsa est anima? Quid autem ipsa valeret anima, imo quid ipsa esset anima sine vita? Absque dubio nihil: legitur enim ita: Factus est primus Adam in anima vivente, secundus in spiritu vivificante. Si ergo anima, quæ utique spiritus est, tantum valentior est corpore, ut si ne illa se saltem non possit mouere; vita vero animæ, quæ utique invisibilior est, tantum potentior anima, ut sine illa saltem possit nec esse spiritus vivificans, qui utique Deus est; & quo Deus invisibilior, eo omnibus interior adeo spiritus, (si regulariter ita dici valeret) invisibilissimus omnium spirituum spiritus, & spiritus spiritissimus omnium appellari possit spirituum: & quo omnibus spiritibus invisibilior, eo omnibus interior; & quo interior, eo magis credendus omnium rex, inspirator, motor, vivificator spirituum, sicut anima omnium corporum, imo sicut vita omnium viventium, & tanto præstantius, quanto ineffabilius atque potentius.

32 Sicut enim anima nihil esset si non esset vita, ita omnis creatura sive visibilis, sive invisibilis, sive corporea, sive incorporea, nihil omnino esset, si non esset Deus omnia utique, ut ita dicitur, animans, sicut vivificans spiritus, qui quo omnibus interior, eo est invisibilior: sicut & spiritus in corporibus eo interior, quo invisibilior, eo invisibilior, quo usque ad ineffabilitatem interior, ac per hoc usque ad omnipoten-

20 Ita cum novissimo Spicilegii editore. Erat apud Acherium, cum hic non putavissimus.

21 De hac heresi apud antiquos vide Theophilii Alexandrini epist. Patchal. Epiphanius, & principue Augustinum De heresis num. 50. Mox quedam scriptimus, ubi erat quoddam. Construe au-

tem: Quodam heresi ex antiquis, quam latinitas mutuato etiam a græcitate vocabulo conservit appellare Anthropomorphitarum, cum crederetur ubique exulta, consopita potius apparet apud nos.

22 Acherii editio promovisset. Novissimus Spicilegii editor recte emendavit.